

www.e-rara.ch

Aethici Cosmographia

Aethicus

Basileae, 1575

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-130>

Aethici cosmographia

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ÆTHIICOS, MOGRAPHIA.



LECTIONVM PER-
vigili cura comperimus, Se-
natum populūmq; Roma-
num totius mūdi dominos,
domitores orbis & p̄sules:
qui cūm quicquid subiacet
caelo, penetrarent triumphis, omnem terram
Oceani lyngo circumdatam invenerunt,
atq; eam ne incognitam posteris reliquis-
sent, subiugatum virtute sua orbem totum
quā terra protēditur, proprio limite signa-
verunt: & ne diuinam eorum mentem om-
nium rerum magistrā aliquid prateriret,
quam vicerant, quadripartito cali cardine
investigarunt, & intellectu æthereo totum,
quod ab Oceano cingitur, tres partes esse di-
xerunt, Asiam, Europam & Africam repu-
tantes. Sed hinc magnum inter doctos cer-
tamen fuit. Nam plurimi qui res diuinas*
evidentiū agnouerunt, duas tantū partes
accipiendas suadent, id est, Asiam & Euro-
pam tantummodó. Africam verò censent
Europæ finibus deputandam. Et revera
hoc ita esse evidenti documēto monstratur:

quia non solum venenorum male alitrix terra partem habet spacij, verumetiam est & cæli ad verso sydere plus destituta. Nam qui illam partem tertiam vocauerunt, non ut æqualem inclitis præcellētibusq; posuerunt: sed sicu pessimo, languidam ardoribus suis, in extremo positam, ab optimis secarunt: non diuisionis merito, sed sicut incisa suis fluctibus inuenitur. Itaq; Iulius Cæsar, bis sextilis rationis inventor, diuinis humanisq; rebus singulariter instructus, cum consultius sui fascies erigeret, ex senatus consulto censuit omnem orbem iam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, & omni Philosophiæ munere decoratos. Ergo à Iulio Cæsare & M. Antonio COSS. orbis terrarum metiri cœpit, id est, à consulatione supra scripti vsq; ad consulationem Augusti tertium & Crasii, annis XXI. mensibus V. diebus VIII. Zenodoto omnis Oriens dimensus est, sicut inferius demonstratur. A consulatione item Iulij Cæsaris & M. Antonij vsq; in consulationem Augusti decimum annis XXIX. mensibus VIII. diebus X. à Theodoto septentrionalis pars dimensa est, ut evidenter ostenditur. A consulatione similiter Iulij Cæsaris vsque in consulationem Saturni & Cinnæ à Polyclito meridiana pars dimensa est annis XXXII. mense I. diebus X. sicut definita monstratur.

stratur. Ac sic omnis orbis terræ intra annos. XXXII. à dimensoribus peragratus est, & de omni eius continentia perlatum est ad senatum.

OMNIS TERRÆ
Orbis habet

Maria xxx.	Oppida cccclxx.
Insulas lxxii.	Flumina lvii.
Montes xl.	Gentes, quæ numerantur cxxv.
Provincias lxxviii.	

Ex his

OCEANI ORIENTALIS
pars habet

Maria iix.	Oppida lxv.
Insulas ix.	Flumina xxii.
Montes vii.	Gentes li. Ita:
Provincias x.	

Oceanus Orientalis hæc habet MARIA:

Mare Cassium*,	Mare Tyberiadis,
Mare Persicum,	Mare Asphaltone,

Mare Rubrum*, dicunt.

Mare Arabicū : quem Mare Carpathium,
suum Arabicum Mare Myrtoum*.

Oceani orientalis famosæ INSV-
LAE sunt:

Hippopodes*,	Rhodos,
Taprobana,	Chytera,
Sylephantina,	Creta,
Theros,	Carpathus.
Cypros,	

Oceani orientalis famosī MON-
TES sunt:

Caucasus,	Bodian*,
Armenius*,	Libanus,
Caumesles,	Cassius.
Sina,	

Oceani orientalis famosæ PRO-
VINCIAE sunt:

Persis,	Mesopotamia Syria,
India,	Palæstina,
Isauria,	Commagena,
Adonis*,	Syria Apamea,
Phœnice,	Media Syria.

Ocea-

{Oceani Orientalis famosa OPPID A sunt:

Byxantium,	Salphamie*,
Babylonia,	Chaldea,
Hierusalem,	Eudemona*,
Antiochia,	Nabathei,
Nicæa,	Sabæi,
Theſſalonica,	Mache*,
Teriades,	Persipolis,
Sigoton*,	Seres magnum,
Palibotra,	Anisauge*,
Alexandropoli,	Susiani,
Adlenita*,	Persis*,
Colche*,	Filinei*,
Patala*,	Adiaba*,
Patalate*,	Charta*,
Tharſis,	Niſibi,
Talloni*,	Aruæi,
Copretes*,	Alexandria,
Carmenia*,	Commagena,
Oſtracia*,	Palmira,
Aetergita*,	Damaſcus,
Falſagada*,	Iordaniſ,
Ariduli,	Eliopolis,
Tharchi*,	Apamea,
ſciuethi,	Daphen*,
Cumi*,	Laodichia,
Damphe*,	Biblos,

AE T H I C I

Biritos,	Pyrrhenum *
Mopsi *	Eleusinum *
Nampamon,	Coptis,
Niueten,	Mitylenæ,
Onarmarites,	Lampsacum,
Sabaſtes,	Lignido *
Amphimoli *	Corinthus.

Oceani Orientalis FLVMINA
sunt:

Theriodes *	Suſa *
Exos,	Chryſorhoas *
Figoton,	Tigris *
Ganges,	Alibotra *
Cameſtes,	Odiopagite,
Fluuius Sigota,	Auxius *
Hydaſſes *	Paſtolus,
Euphrates *	Chryſos,
Armodius,	Eleuther,
Carmanta,	Adonis,
Cortachia,	Iordanis.

Hæc ſunt
flumina Oceani orientalis, quæ ſuperius con-
tinentur. Tamen ne diligens eorum ortus,
curſus merſuſq; requirat lector ſtudioſus, e-
tiam illud quàm potero breuiter demon-
ſtrabo, ruruſq; ad initium fluminum ſuprà
ſcriptorum reuertens, ita:

Fluuius THERIODES * naſcitur ex
tribus

tribus locis in campis Scythicis, & vnus effe-
 ctus circuit milia DCCCCXLII. & ingredi-
 tur in mare Caspium.

Fluuius EXOS nascitur de monte Cau-
 caeste; in quinq; alueos diuiditur, & trans-
 eunt omnes per montem Caucasum, qui lo-
 cus appellatur Seleantes*: fundunt se in
 flumen magnum, qui appellatur Ganges:
 hic eos excipiēs currit milia DCXXVI mer-
 gitur in mare Oceani orienta'is sub insula,
 quæ appellatur Solis.

Fluuius FIGOTON nascitur de mon-
 te Caucaso, & geminatur. & facit coronã,
 & montem occupat superscriptum, & oc-
 currit ei ex vna parte eius montis fluuius
 Nestesanes, & ad illa quinq; flumina, quæ
 dicta sunt superius, fluuius Seltantes per ea
 torrens transit, ita vt nec illorum aqua nec
 istius superuenientis misceri videantur: &
 omnes iter suum agentes, reuertuntur ad ean-
 dem coronam, vnde sparsi diuidebantur, &
 iterum ad vnum reuertuntur: & ante eos
 exit fluuius Ganges, cui adiungitur alius
 cum capitibus quinq; quæ reliquerat.

Fluuius SIGOTA ex alia parte mon-
 tis Caucasi nascitur: hic etiam se ad vnum
 iungēs effectus vnus de octo, occurrit ei Gan-
 ges, qui & Padus dicitur: itemq; duo alij oc-
 currunt anonymi & effecti decem, transeūdo

ad oppida Palata & Patalite, & postomnes decem vnum faciunt fluum. Vnde constat Gangem decem fluminibus adimpleri, qui in superioribus partibus Sigota vocatur, quoniam de vna nympa meant. Currit vndecies quadringenta quinquaginta tria milia, sexcentos trieras, vnum passum: egeritur in mare Oceani orientalis ad insulam Sylephantinam.

Fluuius HYDASPES nascitur in capis Indorum tribus crinibus*: hic se cominus ad vnans, vnus efficitur, & in vndans omnem regionem Indorum, currit milia DCCCXIII. & immergit se Oceano orientali.

Fluuius EUPHRATES* nascitur in campis Iudae, & discurrens per eandem provinciam, currit milia DCXII. & infundit se mari Oceano orientali sub insula Theron*.

Fluuius ARMODIVS nascitur in Aethiopia: inlustrans regionem Adonis & Mesopotamiam, currit milia DCCXXIII. & accipitur sinu Persico.

Fluuius CARMANTA nascitur in capis Commagenae: currit milia DCLXXIII. idem etiam in sinum Persicum excipitur.

Fluuius CORTACHIA provinciae Mediae nascitur in campis Arabicis: currit milia

milia DCCCCXVIII. & ingreditur sinum Persicum.

Fluvius SVSA* in Media prouincia nascitur bicornius: efficitur vnus: currit milia DIIII. descendit in sinum Persicum.

Fluvius CHRYSORHOAS* nascitur in campis Assyriis de monte Caucaſo: vicinatur & ei Tygris fluvius.

Fluvius TYGRIS* etiam ipse de monte Caucaſo, quasi visitur natus: cum aestiuis temporibus sub humo eum desuper Aethiopiam currere ex viriditate superni coespitis prodatur: fluvius subditus latenter erumpit, & ab hoc ortus eius non comprehenditur, quoniam de obscuritate promittur, nam ambo includunt Cordubennam* oppidum, & ad vnum redacti, magnam faciunt coronam, vt etiam alia oppida includant, & Thesiphon & Seleuciam, currentes milia DCCCLXXXII. immerguntur ad Auge oppidum, quod est in sinu Persico.

Fluvius ALIBOTRA* nascitur ex monte Lyſeo: currit milia DCCXVI. immergitur in orientalem Oceanum.

Flumina tria ODIOPAGITAE diſta ex campis Indiae nascuntur: currunt milia CCCII. & festinantes recipiuntur ab Oceano orientali.

Fluvius AVXIVS* nascitur de mon-

te Armeno: transiens per montem Caucasum, ad Mesopotamiam pergat: in ea verò provincia alius ei adiungitur fluuius

PACTOLVS, qui dicitur ex ipso mōte Caucaso nasci, & effectū vnum per Parthos transiuntē eorū cursus congregant aquas. Ibi flumen Euphrates nomē accepit, & exinde se diffundens currit milia DCCCLXXII. & mergitur in sinum Persicum.

Fluuius CHRYSOS nascitur in campis Syriae, peragrans omnes eius ciuitates, currit milia DCCCXXX. vergit se in Aegeum mare iuxta Cyprum insulam.

Fluuius ELEUTHER nascitur in campis Syriae: currit millia DCXXX. recondit se in Aegeo mari sub insula Cypro.

Fluuius ADONIS nascitur prope Tyberiadem: currit milia DCCCLXIII. & latē diffusus in mare Adriaticum excipitur contra insulam Cretam.

Fluuius IORDANIS nascitur sub Libano monte: circumpergit ad lacum Tyberiadem: de quo exiens suo cursu occurrit ad Scythopolim, quam secans mediā, & ab ea exiens effunditur mari Mortuo.

Oceanus Orientalis habet

GENTES:

Persas,

Gracos,

Scy-

Scythas,	Arabi*,
Antropophagi,	Sitticeni*,
Isauri,	Armodiæ,
Befsi,	Hictiopagi,
Saraceni,	Parthi,
Indi,	Idumæi,
Isquitei,	Hieormices,
Cummi,	Cattigauci*,
Suroitani,	Ceriffi*,
Deruicæ*,	Vffippi,
Paffitæ*,	Quadi,
Paroffmi,	Vaccæi*,
Anaitacæ*,	Vardæi*,
Geloni,	Eriffiones,
Caraffmi*,	Canniffates,
Maſſagetæ,	Allobroges,
Paroparſoffiani*,	Alaudes,
Dacriani*,	Ruthreni,
Draumedæ,	Theothoni,
Spircentes,	Cymbri,
Vamuoti,	Antequini*,
Arogoti*,	Cœnomanni,
Aciani*,	Odicenſes,
Oroceni*,	Velhadi.
Anidroſi*,	

OCCIDENTALIS OCEANI SITVS.

Oceani occidentalis conti-
nentia habet

<i>Maria</i> XI.	<i>Oppida</i> CXXVIII.
<i>Insulas</i> XVI.	<i>Flumina</i> XIII.
<i>Montes</i> XVI.	<i>Gentes</i> XLIII. <i>Ita:</i>
<i>Provincias</i> XXXVI.	

Oceani occidentalis *MARIA*
sunt:

Mare Tyrrhenum, *Mare Orcadum,*
Mare Adriaticum, *Mare Gaditanum.*

Item huc pertinent *Maria,*

Ionicū & Aegeum, *Mare Britanni*,*
Mare Lautades,* *Mare Columnas,*
Mare Tillae, *Herculis fretum.*

Oceani occidentalis famosæ
INSVLAE sunt:

<i>Hyberus*,</i>	<i>Hebofo*,</i>
<i>Meuania,</i>	<i>Balearis minor,</i>
<i>Britannia,</i>	<i>Corfica,</i>

Orca-

Orcades,	Matronæ*,
Illyricum*,	Fiotiæ*,
Noricum*,	Martianæ,
Ingeonici*,	Iuliæ*,
Histrici*,	Smingaule.

Oceanus occidentalis habet famosos
MONTE S:

Trienum*,	Marsos,
Alpes plurimas,	Taburnum,
Appenninum,	Cyminum,
Balearem,	Soractina*,
Emum,	Olympum,
Rhodopem,	Ocranum,
Albanum,	Tarinum*,
Pyrenæum,	Ficla.

Oceanus occidentalis habet
PROVINCIA S:

Italiam,	Galliam belgicam,
Hispaniam,	Galliam brachatam,
Bethicam,	Galliam comatam,
Lusitaniam,	Galliam togatam,
Galliciam,	Galliam cisalpinã*.
Aquitaniam,	Galliã transalpinam,
Britanniam,	Pannoniam,
Germaniam,	Rhetiam,

Ciatries *	Semigallias *
Etruriam,	Sabinas,
Umbriam,	Samnium,
Picenum,	Campaniam,
Liburniam,	Brutios,
Dalmatiam,	Lucaniam,
Illyricum,	Apuliam,
Noricum,	Calabriam,
Venetias,	Hadriae.
Aemileam,	

Oceanus occidentalis habet fa-
mosa OPPIDA:

Rauennam,	Celtiberiam,
Aquileiam,	Cæsarea-Augustam,
Mediolanum,	Tarraconam,
Arelatum,	Hispalin,
Ticinum,	Cæsareacum,
Ariminum,	Ambianis,
Calpos *	Tungri,
Calpis *	Agrippinam,
Cordubam,	Triuerim,
Betones,	Sirmium,
Toletum,	Senones,
Bracaram,	Augustodunum,
Lucusam,	Augusta Nemetum,
Augustam,	Augusta Taurinorū,
Vacam,	Lugdunum,
	Magon.

Magoniacum,	Brigentionem,
Viennam,	Argentorato,
Mafsiliam,	Carnunto,
Altinum,	Sabariam,
Veronam,	Pætauionem,
Taurinum *,	Bonameto,
Vincentiam,	Argentariam,
Doronam,	Sauromacum,
Henemonam,	Nemaufum,
Cremonam,	Dorocordoros,
Patauiam,	Amambriam,
Brixiam,	Sanctones,
Dertonam,	Lingones,
Concordiam,	Menapum,
Mantuam,	Betos,
Vercellis,	Nepe,
Laude,	Sutrium,
Mutinam,	Bleram,
Faurentiam,	Forum Veafsi *,
Iader,	Forum Sempronij,
Salone,	Forum populi *,
Bregantium,	Forum Cornelij,
Laifer,	Forum Flamminij,
Viminatum,	Forum nouum,
Peice *,	Forum subuerte,
Sigidunum,	Spolitium,
Nerfiam *:	Harniam,
Sifciam,	Interamnam,
Ancum,	Bulfinis,

Aretium,	Acerras,
Penetre *,	Nolam,
Cumulo-mutusco,	Caudi,
Aquino,	Beneuentum,
Abellino,	Ecas *,
Telese,	Erdonam,
Albano,	Aufidenam,
Aritiam,	Sulmonam,
Corae,	Venafri,
Bellistras,	Luceriam,
Terracinam,	Nuceriam,
Antium,	Arpos,
Hostiam,	Corfinios,
Fundis,	Lupias,
Formias,	Tarentum,
Venturnas,	Odrunto,
Capuam,	Canusium,
Neapolim,	Marcellianum *,
Ardeam,	Salernum.
Cumas,	

Oceani occidentalis FLVMINA
sunt:

Betis,	Rhodanus,
Tagus,	Garumna,
Minus,	Geon,
Hyberus,	Bicornius,
Araris,	Danubius,
	Drans,

Draus, Trimon,
 Swanus, Tyberis. Hæc sunt
 flumina Oceani occidentalis famosa. Nam
 si eius flumina omnia requirantur, nec char-
 ta, nec manus sufficeret. Tamen ne nomi-
 natorum fluminum etiam in hac parte or-
 tus, cursus, occasusq; requirat diligentia so-
 lers lectoris, etiam in hoc satisfacere procu-
 rabo, paulisper ad eorum initium recurrēs,
 singula suo ordine monstraturus, ita:

Fluvius BETIS nascitur in campis Hi-
 spaniæ: currit milia cccc. in Oceanum
 occidentalem suscipitur.

Fluvius TAGVS nascitur in campis
 Hispaniæ: currit milia cccii. occidit in O-
 ceano occidentali.

Fluvius MINIVS nascitur prope Py-
 renæum: in rotunditatem vertitur, ut Bri-
 gantium oppidum maritimum includat:
 currit milia cccx. & sic in Oceano occi-
 dentali recipitur.

Fluvius HYBERVS nascitur sub ra-
 dicibus montis Pyrenæi: currit milia cciiii,
 infundit se occidentali Oceano.

Fluvius ARARIS nascitur à Pœtavi-
 onæ* veniens relicta cauda ortus sui: statim
 ei fluvius

RHODANVS occurrit, & simul v-
 num faciunt: in mare ingrediuntur egressi i

Arelatum. Sed hunc, quem fluvium Bicornium diximus, ante coniunctionem Rhodani in supernis aliud nomen accepit præter Bicornium. nam in provincia Germania fluvius Rhenus dicitur, alibi, ut diximus, Bicornius: alibi fluvius Araris appellatur. Ita ergo hic fluvius tribus nominibus nuncupatur, cum sit vnus & dimidius. quod Araris, ut supra diximus, ducit à mari Pœtauionensi vsq; ad mare Tyrrhenum contra insulas Baleares: eius autem medietas habet aculeum pertortuosum Lugduno, vbi nascitur. Vbi autem inruit, vtrum in Oceanum occidentis, an in mare Tyrrhenum, in præsentè potest videri, quia ab aqua ad aquam videtur currere: pergit milia DCCCLII.

Fluvius RHODANVS* nascitur in medio campo Galliarum, & occurrit ei Bicornius supra dictus cursu mersuq; quo diximus.

Fluvius GARVMNA nascitur in cãpis Aquitania: currit milia CCVII, influit Oceano occidentali.

Fluvius GEON* nascitur in Galliarum campis: influit Oceano occidentali: currit milia CCCCII.

Fluvius, qui BICORNIVS dicitur, nascitur in cãpis Germaniæ: in vndãs eandem

dē regionē à Petabio: currit milia CCCII.

Fluvius DANVBIVS nascitur ex Alpibus: procedens geminatur, & effecti duo, s. Danubius &

DRAVS, includunt intra se Pannoniarū plurimas ciuitates, idēst, Acinttum, Precetionem, Carnuntum & Seueriam, & redeunt in vnum, qui fuerant duo: & per non paruum ad vnati, currunt per longam rotunditatem, quæ rotunditas etiam oppidum Peuce includit, & ex ipso fluminali circulo septem crines fluminum procedunt infundentes se in Pontum. Ergo cōstat Danubium exeuntem de Alpibus in proximo Draum edere, sed vnus diffunditur per crines suprā scriptos: currit milia DC.

Fluvius SVANVS* nascitur in Norico de monte Alpion currens in campis in modicam rotunditatem: concludit se in modum visionis amigdala, & iterum se circumactus per Sirmium oppidum & Singidunum coloniam, iungit se Danubio ad locum Murse oppidi: & omnes simul in Pontum ingrediuntur, & vocatur fluvius Ister. Apparet autem Danubium & Draum & Margum simul in Pontum emergere: currūt vndecies nongenta octoginta milia.

Fluvius TRIMON* nascitur in campis Dardania: currit milia DCCCCVII.

influit in Aegeum mare.

Fluviorum rex pulcher TYBERIS, cui primatū aeternae urbis Romae singularis tribuit magnitudo, nascitur ex monte Apenino: currit milia cccc. per Urbē sacram geminatur, & facit insulā regioni quarta-decima, ubi duo pontes appellantur. Post iterum ubi vnus effectus per pontem Lepidi, qui nunc ab vsuē à plebe Lapideus dicitur, iuxta forum boarium, quem Cacum dicūt, transiens, ad vnatur, gratissimo sono depictus verticibus suorum turbinum, & maritimas naues suscipiens, & mediterraneas adducens, de Etruria, vel Sabinis, ingressus per diui Apostoli Petri portā, intra Ostiensem portam, quae est diui Pauli Apostoli, & viam Portuensem, quae est sancti Felicis martyris, urbem egreditur, quā naues de portu urbis ad dominam totius mundi Romam ascendunt. Hic iterum circa sextum Philippi, quod Praedium missale appellatur, geminatur, & in duobus ex vno effectus, insulam facit inter portam Urbis & Ostiam ciuitatem, ubi Populus Romanus cum Urbis praefecto, vel cōsule Castorū celebrandorū * causa egreditur solennitate iucunda. Insula verò, quam facit intra Urbis portum & Ostiam ciuitatem, tantae viriditatis amoenitatisq; est, vt neq; aestiuis mensibus, neque hyema-

hyemalibus pasturæ admirabiles herbas de-
habeat: ita autem vernali tempore rosa,
vel ceteris floribus adimpletur, ut præ ni-
mietate sui odoris & floris insula ipsa Liba-
nus almæ Veneris nuncupetur.

Oceanus occidentalis habet
GENTES:

Gothos,	Burgundiones,
Thuringos,	Gippidas *,
Herulos,	Armolaos,
Sarmatas,	Manianos,
Marcomannos,	Quadiuastos,
Longobardos,	Necapidulos,
Sueuos,	Hettios,
Alanos,	Gypæos,
Francos,	Hunos,
Alamannos,	Saturianos,
Tolosantes,	Franciscanos *,
Gètes* VIII. Popu- lum Narbonēsem,	Rugos,
qui sunt gentes	Hasmos, vel Hamos:
VIII.	Varros,
Milita marino *,	Tungros,
Ritianum *,	Basternas,
Morinos,	Carpicotos,
Amsibarios,	Senatum populūmq;
Langiones,	Romanū gentē- que togatam.

OCEANI SEPTENTRIONALIS SITVS.

Oceanus septentrionalis habet

<i>Maria</i> IX.	<i>Oppida</i> L.
<i>Insulas</i> XXIII.	<i>Flumina</i> XIX.
<i>Montes</i> XI.	<i>Gentes</i> XXVIII.
<i>Provincias</i> XII.	

Oceani septentrionalis MARIA
sunt hæc:

<i>Hirtilum</i> *,	<i>Cymericum</i> ,
<i>Pontum</i> ,	<i>Mare Thracium</i> ,
<i>Mare Maotia</i> ,	<i>Propontidis</i> ,
<i>Bosphorus</i> ,	<i>Bosphoron</i> .
<i>Mare phores</i> *,	

Oceanus septentrionalis habet fa-
mosas INSVLAS:

<i>Cyclades</i> *, & cū his <i>alias</i> II.	<i>Rhodos</i> ,
<i>Eborea</i> , vel <i>Eubo-</i> <i>gea</i> ,	<i>Cypros</i> *,
<i>Delos</i> ,	<i>Item Cypros</i> *, vel <i>Paphos</i> ,
<i>Ippopodes</i> ,	<i>Paphies</i> *.

Oceas

Oceanus septentrionalis famosos
MONTEs habet:

Hyperboreum,	Germania minor*,
Ryphaeum,	Euodum*,
Hipanim,	Aethnam,
Caucasum,	Caunastes*,
Hemum,	Gratus*.
Taurum,	

Oceanus septentrionalis habet
PROVINCIAs:

Macedoniam,	Bithyniam,
Achaiam,	Lydiam,
Asiam,	Pamphiliam,
Lyciam,	Cappadociam,
Galatiam,	Thracias,
Paphlagoniam,	Armeniam minorem.

Oceanus septentrionalis habet fa-
mosa OPPIDA L.

Heracliam,	Nicomediam,
Serdiceam,	Hamifos,
Peliam*,	Commani,
Thessalonicam,	Tharsos,
Birithos,	Pompeiopolin.
Chalcedoniam,	Olympos,

Cybariam *	Anterenon, vel Anter- ronon,
Araxatam *	Nichiã, vel Nicheam,
Ticinum *	Tariffam *
Nuceriam *,	Focus,
Sindi *,	Cirram,
Tauriam,	Deleis,
Sinde *,	Botroton,
Alexandricindus *,	Acrocerauniam,
Aeternafos *,	Dyrrachium,
Mildos,	Athaena,
Ephesos,	Brithothae,
Cerciram *,	Iscion,
Cœlesyrie*, vel Cœ- liasae,	Arce,
Sextos *,	Theceas *,
Quidicos *,	Maleon,
Ilium,	Candiacam,
Troiam,	Philopolis,
Helide,	Chryfopolis,
Troas,	Eliopolis *.

Oceanus septentrionalis habet
FLUMINA:

Thanain *,	Chorestem,
Borysthenem,	Tinnim,
Maotidem,	Gaddum,
Nain,	Peramos *,
Thesimon,	Percium *,
Fassin,	Acheloum,
	Alpheum,

Alpheum,	Meandrum,
Eurotas,	Surum,
Rudacum,	Hasdrubelam. Hæc
Hermunam,	sunt flumina Occa-

ni Septentrionalis : tamen ne quis etiam in his ortus, cursus, occasusq; requirat, paulisper ad eorum regressus exordiū, dicere non morabor.

Fluvius **THANAIS** nascitur de monte Hyperboreo, quā sunt Riphæi in monte Surdo*: fluit in paludibus Mæotidis: currit milia DCLIII.

Fluvius **BORYSTHENES** nascitur de monte Hyperboreo: influit in Pontum: currit milia CCX.

Fluvius **MAEOTIS** nascitur de monte Spano: influit in mare Mæotis: currit milia CCIII.

Fluvius **NAIS** nascitur de monte Tauro: influit in mare Ponticum: currit milia CCV, vel CCCV.

Fluvius **THESIMON** nascitur de monte Caucaſo, & egeritur in mare Ponticum: currit milia CCX.

Fluvius **FASSIS** nascitur in campis sub monte Caucaſo: egeritur in mare Ponticum: currit milia CCCV.

Fluvius **CHORESTES** nascitur de monte Tauro: fluit in mare Tyrrhenum, v-

bi est insula Rhodos: currit milia DCCCXV.

Fluvius TIMNIS nascitur de monte Tauro: fluit in mare Tyrrhenum ad Cycladas: currit milia CCCCXXII.

Fluvius GADDVS nascitur de monte Tauro: influit in mare Cycladum: currit milia CCXXX.

Fluvius SPIRAMOS* nascitur de monte Tauro: influit in mare Adriaticū contra insulam Cyprum: currit milia CCCCXXII.

Fluvius PERCIVS* nascitur de monte Ida Macedonie provincie: influit in mare Aegeum: currit milia DCII.

Fluvius ACHELOVS nascitur in cāpis Epiri: influit in mare Ionicum: currit milia DCCXC.

Fluvius ALPHEVS nascitur in cāpis Ahaie: influit in mare Tyrrhenum: currit milia CCCCLXX.

Fluvius EVROTAS nascitur in campis Phrygie: influit in mare Hellepontum: currit milia CCCC.

Fluvius RVDACVS nascitur in campis Syriæ: influit in mare Hellepontum: currit milia CCCC.

Fluvius HERMVNAS nascitur in campis Asiæ: influit in mare Cycladum: currit milia DIX.

Fluvius MEANDRVS nascitur in cāpis

pis Asiaticis, bicornius: currit, quasi sint duo redigentes se in unum: influit in mare Cycladum: currit milia DCCCCXCVII.

Fluvius SVRVS nascitur in cāpis Pamphiliæ: per anfractus tortuosos influit in mare insulæ Rhodos: currit milia CCCCXXII.

Fluvius ASDRVBELA nascitur de monte Boduo: influit in mare Caspium irrumpens montem Caucasum: currit milia CCCXVI.

Oceanus septentrionalis habet
GENTES:

Scythas,	Leucofrimanes,
Nabonas*,	Fo:fulgoritas*,
Staa:stenes,	Scytheicumos,
Madeos*,	Deruicas*,
Sauromatas*,	Rasicas*,
Ecatas*,	Seres,
Eunicos*,	Terimodes,
Colchos,	Anartices,
Phasias,	Corasmias,
Barbaros albos*,	Massagetas,
Ignobiles,	Baroponissos,
Thesmonos,	Sogatonos,
Roddacos,	Bactrianos,
Xantibbos,	Tauromedas,
Symoes,	

OCEANI MERI- diani continentia.

Oceanus meridianus habet

<i>Maria</i> II.	<i>Oppida</i> LXIII.
<i>Insulas</i> XVII.	<i>Flumina</i> II.
<i>Montes</i> VI.	<i>Gentes</i> MAZICES mul- tas.
<i>Provincias</i> XII.	

Oceanus Meridianus habet
MARIA:

Mare Carpathium & Tyrrhenum.

Oceanī meridiani INSV-
LAE sunt:

<i>Sicilia,</i>	<i>Egilio,</i>
<i>Pontia,</i>	<i>Cosrofa</i> *,
<i>Carpatos,</i>	<i>Inara</i> *,
<i>Pantatoria</i> *,	<i>Syrtis maior,</i>
<i>Sardinia,</i>	<i>Loci Capri</i> *,
<i>Corfica,</i>	<i>Syrtis minor,</i>
<i>Galata,</i>	<i>Catabathmon</i> *,
<i>Capraria</i> *,	<i>Girbe</i> *,
<i>Fortunata</i> *,	

Ocea-

Oceaní meridíani MONTES.
sunt:

Pyramides,	Perratus*,
Peronica,	Athlas,
Pantem, vel Páceus,	Coruessá, vel Coruena.

Oceanus meridíanus habet
PROVINCÍAS*,

Aegyptum,	Libyam,
Aethiopiam,	Pentapolim,
Africam,	Tripolim,
Getuliam,	Mauritaniã-Cesareã,
Leugi,	Mauritaniam-Sitifens
Numidiam,	sem.

Oceanus meridíanus habet
OPPIDA:

Arabiam*,	Fileno,'
Nitiobres*,	Naretæ,
Fossam Traiani,	Oea,
Thebas*,	Rabratam, vel Se-
Thebais*,	bratam,
Beronicen,	Leptis magnam,
Ammon,	Thacapas,
Tholomaidis,	Disdum,
Cyrenæ,	Thenis,

Tapsos,	Susulis,
Leptis minorem,	Assuris,
Hadrumetum,	Zama regia,
Neapolin,	Sufibus,
Clypeis,	Suffetula,
Carthaginem,	Cilio,
Vticam,	Theleptis,
Hippone Zarito,	Capsaë,
Thabracam,	Admedera,
Ippone regio,	Thesuestis,
Rusiccade,	Madauros,
Calli,	Tubur sicunu, vel Tu-
Saldu,	bursicum,
Quinque gentiani,	Midorum,
Rusuccura,	Calaman,
Tipasa,	Constantinam,
Cesarea,	Mileu,
Chartennas,	Tamuzade,
Portus magnus,	Lambesae,
Experides*,	Sitifi,
Ballos*,	Magri,
Laribus,	Tauri, vel Zabi,
Siccensf.	Tabusutia,
Obla*,	Bioa*.

Oceanus meridians habet
FLUMINA duo,

Nilum

& Bagradam.

Horum

NILVS, qui & Geō appellatur, de secretioribus promit: sed in exordio in Aethiopia videtur, & facit lacum magnum, qui currit in circulo, instagnans milia CLIIII. & exiens de eo lacu, pervenit ad cataraclas veteriores: conficit milia CCCCLXXIII.

Fluvius BAGRADA cūm provinciæ Africæ magnus nobilisque, & vnicus sit, cur à maioribus inter fluvios non nominatus sit, ignoramus.

Oceanus meridians habet innumeras GENTES,

Quæ nec colligi numero, nec existimari, aut comprehendi præ interiacentibus eremis possunt.

ALIA

ALIA TOTIVS ORBIS DE- SCRIPTIO.



ANC quadripartitam totius terræ continentiam hi, qui dimensi sunt, longè Maiores nostri tripartitam reputari desinierunt investigantes uniuersum orbem Oceani maris limbo circumdatum, easq; tres partes, Asiam, Europam & Africam, reputauerant. Quamvis non desuerunt, qui duas partes, sicut diximus perhiberent, Asiam & Europam. Africam verò in Europam adiciendam desinierunt: quia & spatium latitudinis caret, & celestialè subiacet climati, laborans aëribus suis, venenis succisq; repleta immanium & incognitarum humano generi innumerabilium bestiarum. Sed ad propositum remeantes, absq; ullorum præiudicio, qui hoc omne totum duas partes esse voluerunt, tripartitam diuisionem dicere incipiam.

ASIA tribus partibus Oceano circumscincta, per totam transversam plagam orientis extenditur. Hæc occasum versus à dextra sui, sub axe septentrionis incipientem contingit

tingit Europam, à sinistra autem Africam dimittit: sub Aegypto & Syria mare nostrum, quod Magnum generaliter dicimus, habet.

EUROPAE incipit initium sub plaga septentrionali à fluuio Tanai, quâ Ryphei montis ardua Sarmatico aduersa Oceano Tanaim fluuium fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandri Magni Macedonis in Rhobasorum* finibus sitas, Meotidas auget paludes, quarum immensa inundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum Pontum latè ingreditur. Hinc iuxta Constantinopolim longè mittuntur angustia, donec eas mare hoc, quod dicimus nostrum, accipiat: cui Europæ in Hispania occidentalis Oceanus terminus est apud Gades insulâ, ubi Hercules visuntur columnæ, & Tyrreni maris faucibus Oceani æstus immittitur.

AFRICAE principium est à finibus Aegypti, urbisq; Alexandria, ubi Partheno* ciuitas sita est, super hoc mare magnum, quod omnes plagas terrâq; medias interluit. Vnde per loca quæ Catabathmon vocant, iam procul à castris Alexandri Magni, & super lacum galearum*: deinde iuxta superiores fines Auasitarum missa in transversum per Aethiopiæ deserta meridianum contingit Oceanum. Terminus Africae est, qui & Europæ: id est, fauces Gaditani freti.

Vltimus autem finis eius est mons Athlas,
& insulae, quas Fortunatas vocant.

Breuiter trium inter se partium diuisiones diximus: sed ne quid ad plenissimam instructionem desit, ipsarum quoque partium regiones, situs & provinciarum terminos demonstrabo, ut absque fastidio vniuersa lector agnoscat, vel numerum gentium commanentium.

ASIAE PROVINCIAE SITVS CVM LIMITIBVS & populis suis.

India. ASIA à media fronte in oriente habet in Oceano Eoo ostia fluminis Gangis, à sinistra promotorium Calidardam*: cui subiacet ad Eurum insula Taprobane, ex quo Oceanus Indicus vocitari incipit: dextra habet Imai mōtis* iugum, vbi Caucasus deficit ad promotoriū Samara, quod Aquiloni subiacet, ad ostia fluminis Octacordis*, ex quo Oceanus Sericus appellatur. In his finibus India provincia est, quae habet ab occidente flumē Indū, quod Rubro mari accipitur: à septentrione montē Caucasum. Reliqua eius, ut dixi, Eoo & Indico Oceano terminatur. Haec habet gentes numero XLIII. absque insula Taprobane, quae habet decem civitates, absque reliquis civitatibus, quae in aliis habitant.

bitalibus insulis illic sunt.

A flumine Indo*, qui est ab oriente, vsq; Parthia, ad flumen Tigrim, & Caucasum regiones, sunt Aracosia, Syria & Media, situ terrarum montuoso & aspero. Hæc à septentrione habet Caucasum, à meridie Mare rubrũ & sinum Persicum. In medio autem sui habet flumina principalia Hydaspem & Carbim: in his habitant gentes XXXII. Sed generaliter Parthia dicitur, quãvis vniuersæ Scripturæ sæpe Mediam vocant.

A fluuio Tigris vsq; ad flumen Euphraten Mesopotamia est, incipiens à septentrione inter montem Taurum & Caucasum, cui à meridie succedit Babylonia: deinde Chaldæa: nouissimè Arabia eudæmon, quæ inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem versus extenditur. In his sunt gentes XXXIII*.

Mesopotamia.

Babylonia.

Chaldæa.

Arabia.

Syria.

Item à flumine Euphrate*, quod est ab oriente, vsq; ad mare nostrum, quod est ab occasu, deinde à septentrione & Euphrate, id est, à ciuitate Adcusa quæ in cõfinio Cappadociæ sita est, haud procul à loco vbi Euphrates nascitur, vsq; ad Aegyptum & extremum sinum Arabicum, qui est à meridie, longo angustòq; sulco saxis insulisq; creberrimo, à mari Rubro, id est ab Oceano* occasum versus extenditur, Syria generaliter no-

minatur, habēs maximas provincias, Com-
magenam, Phœniciam. & Palestinam, ab-
que Saracenis & Nabatheis, quorum gentes
sunt numero XII.

Cappa-
docia.

In capite Syriae Cappadocia est, quae ha-
bet ab Oriente Armeniam, ab Aquilone
Themiscirios cāpos* & mare Cymmericum,
ab occasu Asiam, à meridice Taurum mon-
tem, cui subiacet Cilicia & Isauria vsq; ad
Cilicum sinum, qui spectat contra insulam
Cyprum.

Asia mi-
nor.

Asia regio*, vel (vt propriè dicam) Asia
minor, absq; orientali parte* vsq; ad Cap-
padociam Syriamq; protenditur, vndique
circumdatur est mari: à septentrione Ponto
Euxino, ab occasu Propontide & Helleston-
to, à meridie mari nostro, vbi est mons O-
lympus.

Aegy-
ptus infe-
rior.

Aegyptus inferior est, quae habet ab orien-
te Syriam Palestinam, ab occasu Libyam, à
septentrione mare Tyrrhenum, à meridie
montem qui appellatur Climax, & Aegy-
ptum superiorem, fluuiūmq; Nilum, qui de
littore incipientis maris Rubri videtur e-
mergere in loco qui dicitur Mossylon empos-
rium: deinde diu ad occasum profluens fa-
cit insulam nomine Merhoën in medio suis:
nouissime à septentrione inflexus, tempesti-
nis auctus incrementis plana Aegypti rigat.

Hunc

Hunc aliqui auctores haud procul ab Athlante monte fontem habere dicunt, & continuo terra immergi: inde interiecto breui spatio latissimo lacu exundans, atque hinc in Oceanum orientem versus * per Aethiopica deserta prolabitur. Rursus inflexus à sinistra ad Aegyptum descendit. Quod quidem verum est, esse huiusmodi fluuium manifestum & magnum, qui tali ortu taliq; cursu sit, ut Nilos intelligatur. nam & monstra & cetera similia gignit, qui utiq; prope fontem Barbaris Dara nominatur: Nuchul caeteri accolae* vocant. Sed hinc in regione gentium, quae Libya Aegyptia vocatur, haud procul ab illo fluuio, quae à littore maris Rubri prorumpere diximus, immenso lacu acceptus absimitur, nisi forte in eius meatu occulto, in alueo eius qui ab oriente descendit, eruclat.

Aegyptus superior in orientem per locum Aegyptus extenditur, cui est à Septentrione sinus Arabicus, à meridie Oceanus. nam ab occasu ex inferiori Aegypto incipit, ab oriente Rubro mari terminatur, ubi moratur diuersarum nationum gentes numero xxiiii. Et quia à meridiana parte vniuersam Asiam descripsimus, superest, ut ab oriente & septentrione partes quae restant, expediantur. Cauca-

MORS CAUCASVS inter Colchos qui sus,

sunt super Cymmericum mare, & inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur, cuius quidem vsq; in vltimum orientem vnum videtur iugum, sed multa sunt nomina: & multi hoc iugū Tauri montem credi volunt, quia revera Parchoatras mōs Armenia intra Taurum & Caucasum mediis continuare Taurum cum Caucaso existimatur. Sed hoc non ita esse discernit fluuius Euphrates, qui à radice Parchoatrea montis effusus in meridiem tendens ipsum ad sinistra, Taurum excludit ad dexteram. Itaq; ipse Caucasus inter Colchos & Albanos, vbi & portas habet, mons Caucasus dicitur, à portis Caspiis vsq; ad fontem Tigridis fluminis, inter Armeniam & Iberiam montes Acroceraunij dicuntur: à fonte Tigridis vsq; ad Chartas ciuitatē inter Massagetas & Parthos, mōs Ariobarzanes: à Carvis ciuitate vsq; ad oppidum Catippi, inter Hyrcanos & Baëtrianos mons Menalius*, vbi amomum nascitur: in quo proximum iugum mons Partao dicitur. Ab oppido Catippi vsq; ad vicum Saphrim inter Dapsassa* Cauracas & Parthenasis mons Oschobaris: vbi Ganges fluuius oritur, quem & Padum dicunt. A fonte fluminis Gangis vsque ad fontes fluminis Ottorogorra, qui sunt à Septentrione, vbi sunt montana Paropamissade,

missada, mons Taurus: à fontibus Ottorogorra vsq; ad ciuitatem Ottorogorram inter Hunnos & Scythas & Gădaridas mons Caucasus. Vltimus autem inter Eoas & Pasiadras mons Imaus, vbi flumen Chrysorhoas & promontorium Samara orientali excipiuntur Oceano. Igitur à monte Imao, hoc est ab imo Caucaſo, & dextra Orientis parte qua Oceanus Sericus tēditur, vsq; ad promontorium Boreum & flumen Boreum, & inde tenus Scythico mari, quod est à septentrione, vsq; ad mare Caspium, quod est ab occasu, & vsq; ad extentum Caucaſi iugum, quod est à meridie, Hyrcanorum & Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infœcūdā diffusionē latè oberrantes.

Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur, cuius vtraq; circa Oceanum littora, & loca deserta inculta aq; habentur: inde meridiem versus per longas angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum, Caucaſi montis radicibus terminetur. Itaq; à mari Caspio, quod est ad Orientem, per oram Oceani septentrionalis vsq; ad Tanaim fluiuium & Meotidas paludes, quę sunt ad occasum, per littus Cymmerici maris, quod est ab Aphrico, vsq; ad caput & portas Caucaſi, quę sunt ad meridiem, gentes sunt XXXIII. Sed generaliter regio pro-

Mare
Caspium

xima Albania vltior, sub mari & monte Caspio, Amazonum nuncupatur.

EVROPÆ SITVS
CVM LIMITIBVS SVIS
& populis.

Expliciti sunt, quanquam breuissimè, fines Asia: nunc EVROPAM, in quantum conditioni humane conceditur, indicabo, in qua nobilis Italia reputatur. Incipit à montibus Rypheis, à flumine Tanai Meotisque paludibus, quæ sunt ad Orientem, per litus septentrionalis Oceani vsq; in Galliam Belgicam & flumen Rhenum, quod est ab occasu, deinde vsq; ad Danubium, quem & Istrû vocant, qui est à meridie, & ad orientem directus, ponto suscipitur. Hinc ab oriente Alania est, in medio Dacia, vbi est Gothia, deinde Germania, vbi plurimam partem Sueui tenent: quorum omnium gentes sunt LIIII. Nunc quicquid à Barbarico Danubius vsq; ad mare nostrum interrum-
pit, expediam.

Mœsia. MOESIA ab Oriente* habet ostia fluminis Danubij: ab Euro Thraciam, à meridie Macedoniam, ab Africo Dalmatiam, ab occasu Istriam, à circio Pannoniam, à septentrione Danubium.

THRA-

THRACIA* habet ab oriente Propontis Thraciam, ad idem sinum & ciuitatem Constantini, quae Byzantium prius dicta est: à Septentrione Dalmatiam habet & sinum Euxini Ponti: ab occasu Africo Macedoniam, à meridie Aegeum mare.

MACEDONIA habet ab oriente Aegeum mare, à borea Thraciam, ab euro Euboeam & Macedonicum sinum, à meridie Achaïam & Aegeum mare: à fauonio montes Acroceraunios in angustis Adriatici sinus, qui montes sunt contra Apuliam atq; Brundisium: habet ab occasu Dalmatiam, à circio Dardaniam, à septentrione Mœsiam.

ACHAIA* vndiq; propemodum cincta Achaïa est mari. nam ab oriente habet Myrtoï mare, ab euro Mare Creticū, à meridie Ionium, ab Africo & occasu habet Cæphaliam & Cassiopiam insulas, à Septentrione sinum Corinthium: ab aquilone angustum terræ dorsum, quod quidem Macedonia coniungitur, vel potius Attica, qui locus Isthmos vocatur, vbi est Corinthus: hîc est in Attico ad boream non longè ciuitas Athenæ.

DALMATIA habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, à septentrione Mœsiam, ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas, à meridie Adriaticum sinum.

Panno- PANNONIA, NORICVS &
nia. RHAETIA habent ab oriente Mœsiam,
Noricũ. à meridie Istriam, ab Africo Alpes Pēninas*,
Rhætia. ab occasu Galliam Belgicā, à circio fontem
Danubij. & limitem qui Gallias & Germa-
niam à Danubio dirimit: à septentrione ha-
bet Danubium & Germaniam.

Italia. ITALIAE venerabilis & singularis
situs à circio in Eurum tenditur: habet ab
Africo Tyrrhenum mare, à borea Adriaticũ
mare: in sinu cuius continenti terre conti-
gua est, ubi Alpium obicibus cingitur, quæ
à Gallico mari super Ligusticum sinum ex-
surgunt: hinc incipiunt Narbonensium fines:
deinde Galliã Rhetiãq; secludunt, in si-
num Liburnicum*.

Gallia GALLIA Belgica habet ab oriēte limi-
Belgica. tē fluminis Rheni & Germaniã, ab Euro al-
pes Penninas, à meridie provinciam Narbo-
nensem, ab occasu provinciam Lugdunen-
sem, à circio Oceanum Britannicum, à se-
ptentrione Britanniam insulam.

Gallia Gallia Lugdunensis ducta per lōgum est,
Lugdu- & per angustam inflexa, Aquitanicã pro-
nensis. vinciam semicingit: quæ ab oriente habet
Belgicam, à meridie partem provincie Nar-
bonensis, quã Arelas ciuitas sita est, ubi ma-
ri Gallico Rhodanus flumen accipitur.

Narbo- Narbonensis provincia pars Galliarum
habet

habet ab oriente alpes Cottias, ab occidente nēsis pro-
 Hispaniam, à circio Aquitaniam, à septen- vinctia.
 trione Lugdunensem, ab Aquilone Galliam
 Belgicam, à meridie mare Gallicum, quod
 est inter Sardiniam & insulas Balearias.
 Huic sunt in fronte quā Rhodanus fluvius
 in mare exit, insule Stexchades.

Aquitania provincia obliquo cursu Li- Aquita-
 geris fluminis, qui ex plurima parte termi-
 nus eius est, in orbem agitur. Hac à circio
 Oceanum habet, quā Aquitanicus sinus di-
 citur: ab occasu Hispanias: à septētrione &
 oriente Lugdunensem, ab Euro & meridie
 Narbonensem provinciam contingit.

HISPANIA vniuersa terrarum situ Hispa-
 trigona, & circūfusione Oceani Tyrreniq; nia.
 pelagi penè insula efficitur. Huius angulus
 prior spectat orientem, à dextris Aquitani-
 cam provinciam, à sinistris Balearico mari
 Narbonēsi finibus coartatus ingreditur.
 Secundus angulus intendit, vbi Brigantia
 ciuitas sita est Galliciae, ac altissimū farum,
 & inter pauca memorandi operis ad specu-
 lam Britanniae erigitur. Tertius angu-
 lus eius est, quo Gades insula in Africam
 intenta, Athlantem montem interiecto sinu
 Oceani prospiciunt. Hispania citerior ab
 oriente incipit ex Pyrenaeis saltibus, à parte
 septentrionali vsq; ad Cantabros Asturēsq;.

atq; per *Vaccaeos* & *Oretanos*, quos ab occasu habet, posita in nostri maris littore *Carthago* determinat. *Hispania* vltior habet ab oriente *Vaccaeos*, *Celtiberos* & *Oretanos*: à septentrione *Oceanum*, ab occasu *Oceanum*, à septentrione *Oceanum*, à meridie *Gaditanum* *Oceani* fretum, vnde mare, quod *Tyrrhenum* vocatur, emittitur*.

Et quoniam *Oceanus* habet in *insulas* *Britanniam* & *Hyberniã*, quæ in aversa parte *Galliarum* ad prospectum *Hispaniæ* sitæ sunt, breuiter explicabuntur.

Britãnia.

BRITANNIA *Oceani* insula per longum in boream extenditur. Habet à meridie *Gallias*, cuius proximum littus transmeantibus ciuitas aperit, quæ dicitur *Rutubi* portus: vnde haud procul à *Morinis* in austro positos *Menapos* *Batauôs*q; prospectant. Hæc insula habet in longo milia passuum **DCCC**, in lato milia **CC**.

Orca-
des.

A tergo, vnde *Oceano* infinito patet, **ORCADES** insulas habet, quarum viginti deserta sunt, **XIII**. coluntur.

Thulæ.

Insula **TILAE**, quæ per infinitum à cæteris patet longius secreta, in medio *Oceani* sita, vix paucis nota habetur.

Hyber-
nia.

HYBERNIA insula in *Britanniam* & *Hispaniam* longiore ab *Africo* in boream spatio porrigitur: cuius partes priores intet

Canta-

Cantabrico Oceano Brigantiam Gallitiæ civitatem ab africo sibi in circium occurrentem, spatioſo intervallo procul ſpectant, ab eo præcipuè promontorio, vbi Sacanæ fluminis oſtium eſt, vbi Velabri Luceniq; conſiſtunt. Hæc priori Britannia ſpatio terrarum anguſtior, calis ſolisq; temperie magis utilis, à Scotorum gentibus colitur.

Hinc etiam MEVANIA inſula proxima eſt, & ipſa ſpatio non parva, ſolo com-
moda, æque à Scotorum gentibus habitatur. Meua-
nia.
In hiſ ſunt fines totius Europæ, in quibus totius regina mundi cæleſtis habetur Italia, ſingulari virtute, fertilitate, potentia toto mundo ſacrata.

AFRICÆ SITVS CVM SVIS LIMITI- bus & populis.

AFRICAM, quam in tertia orbis parte maiores noſtri & eius adſentatores accipiendam aliquanti protulerunt, non ſpatio meſuræ, ſed circumcluſionum ratione ſicut ſuo mari, quod ab occaſu ex Oceano exortur, in meridiem magis vergens præſocatur; inde Africa limes coartatâ & anguſtiorẽ claudit eremum. Hinc etiam aliqui, quãvis eam longitudinem habere exiſtiment, ta-

men multò angustiore intellexerunt, vt in verecundum diceret tanta angustiae provinciam tertiam dici partem: sed in Europa eam indicauerunt reputandam: hoc est, vt non eam similè duabus dicerent, sed de duabus vni subiectã, quæ ardore venenòq; deformis, plus habet eremi, quàm montes. Africam per omnia situ & populus minorem esse certissimum est, quia & natura sui minus habet spatij, & celi inclemètia plus deserti: cuius descriptio per provincias & gentes hæc est:

Cyrenai- LIBYA Cyrenaica post Aegyptum in parte
ca. Africa prima est. Hæc incipit à ciuitate Parthenio & Catabathmon: inde secundo mari vsq; ad aras Philenorum extenditur, & vsq; ad Oceanum meridianum: quæ habet gentes Libyorum, Aethiopum & Garamanthum. vbi est ab oriente Aegyptus, à septentrione mare Libycum, ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ, quæ habent è contra insulam Calypsò, à meridie Aethiopicum Oceanum.

Tripoli- TRIPO LIS provincia, quæ est & Sub-
tana. uentana, vel regio Arzugum, vbi Leptis magna ciuitas est, quæ Arzuges per Africa litem generaliter vocantur, habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas, à septentrione mare Siculum.

eulum, vel potiùs Adriaticum, & Syrtes minores: ab occasu Byzantium vsq; ad lacum Salinarum: à meridie barbaros, Getulas, Natauros & Garamātas vsq; ad Oceanum Aethiopum pertingentes.

ZEUGES* prius non vnius loci cognomentum, sed totius provincie fuit, vel ut in hodiernū ita à prudentibus accipitur. Byzantium* est, vbi eius metropolis ciuitas Hadrumetus sita est: Zeugis est, vbi Carthago ciuitas constituta est.

Byzance:
na.
Zeugita-
na.

NUMIDIA vocitatur, vbi Hippos regius & Rusiccade ciuitates sunt: habet ab oriente Syrtes minores & lacum Salinarum, à septentrione mare nostrum, quod spectat ad Siciliam & Sardiniam: ab occasu habet Mauritaniam Sitifensem, à meridie montem Suggarem, & post eos Aethiopum gentes pervagantes vsque ad Oceanum Aethiopicum.

Numidia.

Sitifensis* & Cesariensis MAURITANIAE sunt, quae habent ab oriente Numidiam, à septentrione mare nostrum, ab occasu flumen Maluam, à meridie montem Astringim, qui diuidit inter vivam terram & arenas eremi iacentes vsque ad Oceanum, in quibus oberrant Gangines Aethiopes.

Mauritania
Cæsariensis.

Tingi Mauritania Africa ultima est to-

tius: hæc habet ab oriente flumen Maluã, à septentrione mare nostrum vsq; ad fretũ Gaditanũ, quod inter Abylenæ & Calpis duobus promontoriis coartatur: ab occidente habet Athlantem montem & Oceanum Athlanticum, sub africo Esperũ montẽ, à meridie gentes Aulolum*, quas nanc Galaudas vocant, vsq; ad Oceanum Hesperium contingentes: hic est totius Africa terminus.

INSVLÆ NOSTRI MARIS.

Nunc insularũ quæ in nostro mari sunt, loca, nomina & spatia exponam. Insula **Cyprus.** CYPROS habet ab oriẽte mare Syrium, quem Ificum sinũ vocant: ab occidente mare Pamphilicum: à septentrione Aulone Cilico, à meridie Syria & Phœnicis pelago cingitur: cuius spatium in longo tenet milia passuum CLXXXII, in lato milia passuum CXXII.

Creta. Insula CRET A finitur ab oriente Carphatto mari, ab occasu & septẽtrione mari Cretico, à meridie mari Libyco, quod & Adriaticum vocant: habet in lögitudine milia passuum CLXXII, in latitudine milia passuum L.

Insula

Insula CYCLADES*, quarum ab o- Cyclades.
riente prima Rhodos, à septentrione Tene-
dos, à meridie Carphatos, ab occasu Cytthe-
ra, ab oriente finiuntur. littoribus Asiae, ab
occidente mari Icario, à septentrione mari
Aegeo, à meridie mari Carphatio. Sunt o-
mnes Cyclades insula numero LIIII. hæte-
nent à septentrione in meridiem milia pas-
suum I, ab oriente in occasum milia D XC.

Insula SICILIA tria habet promon- Sicilia.
toria: primum, quod dicitur Pelurum, &
aspicit Aquilonem, cui Mesana ciuitas in-
proximo est. Secundum promontorium
Pachinum, sub quo ciuitas Syracusana si-
ta est, euronotum respiciens. Tertium Li-
lybæum, ubi & ciuitas eiusdem nominis si-
ta est, dirigitur in occasum. hæc habet à
Peloro in Pachinum milia passuum. C X L-
VIIII: à Pachino in Lilybæum habet mi-
lia passuum C L XXIIII. Hæc ab orien-
te cingitur mari Adriatico, à meridie Afri-
co, quod est contra Subuentanos & Syrtes
minores: ab occidente & septentrione ha-
bet mare Tyrrhenum, à borea vsque sub-
solanum fretum Adriaticum, quod diuidit
Tauromenitanos Siciliae, & nobilis Italiae
Brutios. His finibus, sicut supra demonstra-
uimus, Sicilia continetur.

Insula SARDINIA habet à meridie Sardinia.

cōtra Numidiā Caralitanos, quæ Sardinia paruo freto spatio miliū viginti à Corsica diuiditur: quæ Corsicā versus à septētrione habet Vlbienfes: cuius spatia* in longo tenēt milia passuū CCXXX, in lato milia passuū LXXX. Hæc habet ab oriente & borea Tyrrenū mare, quod spectat ad portum eternæ vr̄bis Romæ: ab occasu mare Sardum, ab Africo insulas Baleares longè positas, à meridie Numidicum sinum, à septentrione Corsicam insulam.

Corsica. Insula **CORSICA** multis promontoriis angulosa est. Hæc habet ab oriente Tyrrenum mare & portum eternæ vr̄bis Romæ, à meridie Sardiniam, ab occasu insulas Baleares, à circio & septentrione Ligusticum sinum. Tenet in longo milia passuum numero CLX, in lato milia XXVI.

Baleares. Insule sunt **BALEARES** duæ, maior & minor, quibus insunt bina oppida. Maior Tarraconam Hispaniæ ciuitatem, minor Barçilonam septentrionem versus contra se habet. Maiori subiacet insula Ebusus: deinde ab oriente Sardiniam, ab aquilone mare Gallicum, à meridie Africa Mauritaniacum pelagus, ab occasu Ibericum spectat.

Hæ sunt insule ab Helleponto vsq; ad Oceanum per totum mare magnū pelagus,
de

de famosis, quæ & cultu & magnitudine ce-
lebres habentur. Et quoniam vniuersa ter-
rarum orbis spatia, vel insularum descripsi-
mus, nunc ad maiorem demonstrationis stro-
tionem in quantum vigilantia nostra in-
uestigare potuit, demonstrabo, ex aeterna vr-
be R O M A initium sumens, quæ
caput est orbis & domi-
na senatus.

F I N I S.

D 2